



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXXI. Die Markgrafen Woldemar und Johann ertheilen dem Bisthum Lebus einen Schutzbrief, am 3. Februar 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XXXI. Die Markgrafen Woldemar und Johann ertheilen dem Bisthum Lebus einen Schutzbrief, am 3. Februar 1317.

Nos Woldemarus et Johannes, dei gracia Brandenburgenses et Lusatie marchiones, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod Reuerendum in Cristo patrem Domini Stephanum, Lubufane ecclesie Episcopum, quem speciali fauore prosequimur, in nostram recepimus et collegimus protectionem pariter et tutelam, volentes ipsum et sue ecclesie bona omnia et singula subnotata ac proprietates eorundem, scilicet oppidum Selowe, quod dicta ecclesia Lubufana ab antiquo possedit cum villula Wodyn prope Ruthewyn sita, nec non alias villas scilicet Malz, Czernkowe, Werbeck, Golfowe et Czechyn, quas eadem ecclesia a nobis et nostro tempore comparauit Woldemaro predicto ab ista parte Odre sitas. Item oppidum Goricz et villas Sabyz, Spudlowe, Stanek, Seueld, Swinar magnum, Radowe et paruum Radowe, Lefk, Goliz, Ouezar prope Goriciam versus Poloniam sitas, nec non villas Cofla, Schoneiche et Mertynsdorp in terra Sagan sitas, tanquam bona nostra propria protegere fideliter et tueri. Mandamus igitur omnibus nostris Aduocatis, Subaduocatis ac aliis Officialibus, cuiuscunque condicionis existant, ad quos presentes litere peruenerint sub nostra gracia, quod dictum Dominum Episcopum et uniuersa predictae ecclesie bona de cetero non impediunt, sed potius effectu presentis privilegii super premissis traditi et nostris sigillis de nostro consensu et certa scientia sigillata promoueant efficaciter perpetuum et defendant. Actum et datum in Berlyn, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, in crastino purificationis beate virginis.

Nach Gercken's Abdruck aus dem Originale des R. Geh. Staatsarchives Cod. VI, 546.

XXXII. Markgraf Ludwig fordert Lehnsleute und Bürger des Landes Lebus zur Landesverteidigung auf, am 8. September 1324.

Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie marchio — fidelibus suis et dilectis Consulibus ac uniuersitati burgenfium in sFrankenvord et Monkeberg, necnon uallis omnibus Castri lebus ac totius terre lubufane, gratiam suam et omne bonum. Cum pro defensione honoris et patrie quilibet fidelis subditus exponere corpus et Res naturaliter et ex debito teneatur, uestram fidelitatem intime hortamur, requirimus et rogamus, quatinus ad repellendam inimicorum iniuriam, nullatenus tepescatis, sed uiriliter ad id uos paretis, nec aliquis metus in animo uos confringat. Promittimus enim uobis per presentes, quod de omnibus dampnis et expensis, que et quas circa defensionem perferre rationabiliter uos contigerit, reddere uolumus uos indempnes. Quia eciam uestra iura et libertates conseruabimus uobis in pleno robore ac firmissima firmitate, volentes semper esse intenti circa uestri honoris et status augmentum fideliter toto posse, et pro uobis exponere res et corpus. Hanc literam nostro sigillo munitam uo-